QUAESTIONUM METRICARUM

PARTICULA:

DE BACCHIACORUM VERSUUM USU PLAUTINO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE II. M. JULII A. MDCCCLXIV.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

OSCAR SEYFFERT

MARCHICUS

SEM. PHILOL. BEROL. SOD. ORD.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

F. KRUEGER, PHIL. STUD.

E. BRATUSCHEK, PHIL. STUD.

G. HILLE, PHIL. STUD.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GUSTAVUS SCHADE.

Dr. F. G. KIESSLINGIO

JOACHIMICI GYMNASII DIRECTORI

ET

Dr. H. USNERO

IN UNIVERS. GRYPHISWALD. PROFESSORI PUBL. ORDIN.

PIETATIS CAUSA.

Mureti illud, ad Plautum emendandum omnes omnia conferre debere, si de aliqua Plautinae poesis parte de canticis valet, quippe in quibus restituendis ad sententiae ex vitiosa librorum scriptura reficiendae difficultatem haud parva accedit metri cognoscendi. Nulla alia autem re canticorum restitutio magis adiuvari potest, quam ut de singulorum metrorum, quae Plautus adhibuit, legibus atque usu quam accuratissime quaeratur. Qualis quaestionis haud ignobile exemplum nuper Andreas Spengelius dissertatione de versuum creticorum usu Plautino conscripta dedit, qua quae illorum versuum genera et leges sint, paucis exceptis rectissime exponitur. Quae Spengelius minus recte statuit, ad hoc potissimum referenda sunt, quod in quaestione sua intra novem a Ritschelio editarum fabularum fines se coercuit, qua re fieri non potuit, qui eum nonnulla fugerent. Equidem cum canticis Plautinis operam darem, ut auderem etiam ad reliquas adire fabulas, factum est insigni Alfredi Fleckeiseni liberalitate, qui mihi meo rogatu illarum praeter Rudentem omnium eam Veteris collationem, de qua in epistulae criticae ad Ritschelium

datae pagina quinta dixit, utendam permisit; Rudentis collationem amico commodaverat, qua de causa, cum hanc fabulam neglegere nollem, unius Parei fide mihi nitendum erat. His copiis ad cantica Plautina pertractanda non parum instructus mihi visus sum; nam in Ambrosiano quidem ut ex Amphitruone, Asinaria, Aulularia, Curculione nihil servatum est, ita ex reliquarum praeter Casinam fabularum canticis pauca tantum exstare ex Gepperti de codice Ambrosiano libello apparet. Ex Captivorum enim canticis in hoc codice tantum initium scenae V. 1. servatum est, ex Cistellariae nihil, ex Epidici II. 1. 1 — II. 2. 2. IV. 1, ex Poenuli V. 4, ex Rudentis I. 3. 35 — I. 4. 10, ex Truculenti I. 2. 15—45. II. 1, at ex Casinae II. 1. 1 — II. 2. 18. III. 5. III. 6. IV. 3. IV. 4. V. 1. V. 2. 1—9, qui loci quomodo in Ambrosiano legantur, quamquam raro mihi notum fuit, tamen plane eos neglegere nolui, sed quoad Veteris ope fieri potest, restituere conatus sum.

Volo autem nunc quidem de bacchiacis versibus exponere, quo versuum genere Plautus in canticis etiam saepius quam creticis usus est, mox de reliquis canticorum metris pari modo disputaturus. Numeris utar in locis afferendis editionum Ritschelii, Fleckeiseni, secundae Parei.

I.

1. Quod de creticis versibus recte observavit A. Spengelius l. l. p. 14, nullam certam animi affectionem eis apud Plautum depingi, idem de bacchiacis dicendum est. Eadem res est de licentiis prosodiacis: ut in creticos

ita in bacchiacos versus Plautus eas omnes licentias admittit, quibus in senariis locum dare solet, sed eas tantum. Itaque quae in senariis inveniuntur synaloephae et syllabarum sive natura sive positione longarum correptiones, eaedem etiam in bacchiacis reperiuntur. Exemplis afferendis nunc quidem supersedere mihi liceat ea quae in disputationis progressu occurrunt accurate notaturo. Ut igitur a senariorum usu abhorret, ita ne in bacchiaco versu talis synaloepha ferenda est, qualem Fleckeisenus Amph. 648

Satis mi esse ducam. optumumst praemjum virtus

tulit; videtur autem totus hic locus inde a versu 642 sic scribendus esse:

Sed hoc me beat || saltem, quom perduelles (bacch. tetr.)
Vicit et domum laudis compos revenit: „
Id solatiost. || (tr. trip. cat.).
Absit, dummodo laude parta domum (tr. trip. cat. c. cr. dim.)
Recipiat se: feram et perferam usque (cr. dim. cum mon. troch.)
Abitum eius animo forti atque obfirmato: id modo (cr. tetr.)
Si mercedis || datur mi, ut meus (cr. trim.)
Victor vir belli clueat, satis || „
Mi esse ducam: virtus praemiumst optumum. || (cr. tetr.)

Duabus hastis ut apud Pareum Veteris divisio hic et alibi significatur. Deinde re vera non Plautinus est tetrameter bacch., qui Men. 977. apud Ritschelium legitur:

Propterea bonum certumst potjus quam malum esse,

quem versum si librorum scriptura servata et „esse“ legitime correpto senarium esse putabis, ut a metro nihil habet vitii, ita a sententia nullam video causam, cur ut „vix Plautinus vel hoc certe loco non Plautinus“ expungatur.

2. Cum porro puri bacchii haec sit species, ut brevem syllabam duae sequantur longae, ut pro brevi syllaba omnibus locis praeter eos, de quibus infra dicetur, longa substitui potest, ita et haec et quae sequuntur longae in binas breves solvi possunt. Quodsi duae contiguae solvuntur, proceleusmatici existunt, quorum qui duarum priorum bacchii syllabarum solutione facti sunt, quamquam nullam habere offensionem patet — aequant enim spondeos pro iambis positos —, tamen rarissime a Plauto admittuntur. Prorsus abstinuit proceleusmaticis, qui posteriorum duarum bacchii syllabarum solutione efficiuntur; nam quae eorum in novissimis editionibus inveniuntur exempla, omnia ipsos editores habent auctores. Ut hic bacch. dimeter cat., quem Ritschelius Trin. 235 statuit:

Ita faciam, ita placet.

qui locus libris ducibus sic scribendus est:

Ita faciam, ita placet, omnium primum (anap. dim. ac.)
Amoris artis eloquar, quem[nam] admodum se expediant (iamb. sept.)

Idem de his dicendum est:

Trin. 240. R. Fl.	Despoliator, latebricolarum hominum corrumptor
Ib. 257. R.	Quom ago cum meo animo et quom recolo, ubi qui eget
Fl.	Et recolo, ubi qui eget, quam etc.
Bacch. 662.	Ut quaecunque res est, ita animum habeat [usque]
Merc. 337.	Satin quicquid est, si quam rem [ego] agere occepi
Pseud. 1264.	Neque ibi alium alii esse odio, nec sermonibus morologis uti [quemquam]

quorum versuum de primo cf. II. 1. 1. II. 3. 1, de se-

cundo II. 1. 3, de paenultimo IV; Bacchidum locus, e duabus troch. tripodiis cat. constare videtur:

Ut quaecunque res Sit, animum ita habeat.

Pseudoli Spengelius l. l. p. 27 hoc modo scriptum voluit:

Neque ibi esse alium alio odio nec molestum nec sermonibus (troch. sept.)
Morologis uti (cret. dim. c.)

proceleusmaticum, qui trochaei loco stat, in troch. septenario vitiosum esse non sentiens; fortasse Plautus scripsit:

Neque esse alium alii ibi odio (iamb. dim. c.)
Nec molestum nec sermonibus (cret. trim.)
Morologis uti. (cret. dim. c.)

Unus Mostellariae versus 316

Ita me ibi male convivi sermonisque taesumst

a libris quandam fidem habet; sed ne hoc quidem illius proceleusmati exemplum certum est, cum locus hanc quoque admittat mensuram:

Ita mĕ ibi male convivi (i. dim. c.)
Sermonisque taesumst (b. dim.),

quae si vera est, antecedentem versum Plautus sine dubio iambicum esse voluit:

Nam illi ubi fuî inde effugi foras.

3. Proceleusmatici autem etiam existunt, si contiguorum bacchiorum praecedentis ultima, sequentis prima solvitur, quales proceleusmaticos Plautus pariter evitavit. Nam quae exempla apud Fl. et R. leguntur, incertissima sunt:

Amph. 579. Satin dĭserte (!) esse, ere, videor tibi locutus.
Bacch. 617. Quoi di bene faciant nec quem homo aut amet aut adeat.
Most. 319. Ecquid tibi videor mamamadere:

de primo loco cf. I. 7, de tertio II. 1. 1, Bacchidum libris ducibus sic potius, ut videtur, scribendus est:

Malevolente ingenio natust. postremo id mist, quod volo ego esse (tr. oct.)
Aliis. credibile hoc est? nequior nemost neque indignior, (tr. sept.)
Quoi di bene faciant neque quem quisquam homo aut amet aut adeat. (i. sept.)

Neque certior huius generis proceleusmaticus est, quem Hermannus El. d. m. p. 295 admisit, cum Poenuli locum I. 2. 20 sq. sic scriberet:

Postremo modus muliebris nullust neque umquam
Lavando et fricando scimus facere finem,

qui secundum Veterem hoc potius modo legendus est:

Postremo modus muliebris nullus est (b. tetr. c.) ||
Neque umquam lavando et fricando (b. trim.)
Scimus facere pausam (b. dim.; B: faceren niam). ||

4. Non minus cautus in pyrrhichiis admittendis Plautus fuit. In prima enim bacchii sede eos pyrrhichios vitavit, quorum prior syllaba vocis simul in antecedente bacchio stantis est. Quales pyrrhichios equidem his tantum locis in libris inveni:

Pseud. 593. Lubet scire, quid hic venerit cum machaera.
Poen. I. 2. 31. Soror, cogita, amabo item nos perhiberi;

nam Rud. I. 5. 24. Sed haec pauperes res sunt inopesque puellae „puellae“ ut Cist. 1. 2. 5 „puellam“ in senario *δισυλλάβως* pronuntiandum est. In Pseudoli autem illo versu iam R. lenissima traiectione vitiosum pyrrhichium removit: Lubet scire, hic quid v.,
qua medicina etiam alterum locum sano:

Item amabo soror cogita nos perhiberi.

Quem igitur Spengelius l. l. p. 27 trimetrum b. Pseud. 1263 ut certum statuit:

Propinare amicissumam amicam,

minime pro certo habebimus.

5. Etiam talem pyrrhichium sine dubio Plautus vitavit, qualem in bacchii exitu Fl. Capt. 500:

Ego heri quom emi hosce homines ubi quisque vident [me hodie]

et Rud. 909:

Templis[que] reducem pluruma praeda onustum

admisit, quorum locorum illum Vetere duce sic scribo:

Quid ĕst suavius quam bene rem genere (anap. dim.)
Bonŏ publicŏ, sicut feci ego heri (B: ego f. h.) || „
Quom emi hosce homines, ubi quisque vident „
Eunt obviam || gratulanturque eam rem. (b. tetr.)

Rudentis versum cum antecedentibus libri sic exaratum habere videntur:

Qui salsis locis incolit pisculentis,
Quom me ex suis locis pulcre ornatum expedivit
Templis reducem pluruma praeda onustum,

quorum versuum in medio qui ut iam Gronovius „locis" pro spurio habuerunt, eis facere non possum quin assentiar. Nam et cum modo de salsis Neptuni locis sermo fuerit, denuo eius locos inferri satis putidum est, et si „locis" illud iam hac de causa suspectum omittitur, oratio alioquin, ut in libris est, vitiosa optime procedit; potuit autem facillime ex proximo in hunc versum inrepere, alicuius librarii oculis in illum aberrantibus, ubi „salsis" vocis ultima „suis" voci simillima eodem fere loco stat. Itaque hoc potius modo hunc locum scribam:

Quom me ex suis pulcrum ornatum expedivit
(iamb. trip. cat. cum bacch. dim.)
Templis redducem pluruma praeda onustum (b. tetr.):

„redducem", cuius vocabuli primam iam Bothius hoc loco productam voluit, scripsi, quod non video, cur non Plautus, ut semper reducendi verbi primam sine dubio „d"

littera geminata producit (cf. Cist. II. 3. 17. 86. Pers. 659. Merc. 980), ita redux adiectivi primam hic et Capt. 923.

Quom te redducem tuo patri reddiderunt

eadem ratione producere potuerit, etiamsi aliis locis pro brevi habet.

6. Non aeque male se habent hi pyrrhichii, quos in eandem sedem idem Fl. Amph. 574 (II. I. 24)

Homo hic ebriust, ut opinor. Egone. Tu istic

(cf. Jahni ann. LXI p. 22) et R. Pseud. 1266.

Dari dapsiles: nec etiam parce promi victum ceterum

admiserunt; sed neque in libris ullum certum huius generis exemplum inveni - nam Rud. 258

Qui sunt, qui a patrona preces mea expetessunt

non „expetessunt“ formae prima corripienda est, sed „mea ex“ coalescunt — et de ipsis illis locis animum ad librorum scripturam advertenti aliter statuendum est. Amphitruonis locum Vetere duce sic scribo:

573. Verum haud mentior resque uti factast dico: || (b. tetr.)
Homo hic ebriust, ut opinor. || (i. dim. c.)
Egone? Tu istic. Utinam ita essem. Optas quae facta: ubi bibisti? (tr. oct.)
Nusquam equidem bibi. Quid hoc est hominis? || Equidem deciens dixi:
Domi, [domi] ego sum, inquam: ecquid audis? et apud te adsum Sosia idem. ||
Satin hoc plane, satin diserte, ere, nunc videor tibi esse locutus (B: loc. esse).
Vah!]
|| apage te a me. Ecquid ĕst negoti? Pestis te tenet. Nam cur istuc ||
Dicis? equidem valeo recte Amphitruo atque salvo' sum. || (trost. sept.)

(B: valeo et s. sum recte A.), Pseudoli autem nescio an sic sit legendus:

Dari dapsiles: non enim parcipromi: (b. tetr.)
Victu[m] ceter[um] Ne quis me roget (II tr. trip. c.)
Hoc ego modo Atque erus minor „
Hunc diem sumpsimus prothyme, (tr. dim. ac.)

ut hic sit sententiae nexus in ebrii Pseudoli oratione: deis hoc proximum est, amatori cum amica accubanti omnia dapsilia ornamenta praeberi, ut in illorum convivio factum est: non enim parcipromi „sunt“; hanc enim verbi substantivi formam quamquam apud Plautum maximam partem apud participia tantum omittitur, tamen etiam praeter hanc condicionem omitti haec docent exempla: Asin. 808 non enim mortualia. 196. Ubi illaec quae dedi ante? Rud. 207. Hoc quod induta sum, summae opes oppido. Structura autem illa „victum ceterum ne quis me roget“ defenditur Persae versu 635: At ego patriam te rogo quae sit tua.

7. Neque vero abstinuisse videtur Plautus in illa sede talibus pyrrhichiis, qui ex vocula monosyllaba et prima syllaba brevi bisyllabi vocabuli consistunt, quorum tamen haec tantum inveni certiora exempla:

Cist. IV. 2. 18. Nullast neque ego sum usquam: perdita perdidit me
Bacch. 1123. Dormit, quom haĕ eunt sic a pecupalitantes
Aul. II. 1. 15. Ut tuam rĕm ego tecum hic loquerer familiarem
Truc. IV. 2. 3. Nunc dum isti lubet, dŭm habet tempus

(cf. II. 2. 2.). Nam ea quae R. Pseud. 1107 et 1256 statuit:

Luxantur, lustrantur, comedunt, quod habent, [quod non]
Hoc est homini, quam ob rem agat vitam

omni fide carent; de hoc cf. II. 2. 1, de illo Spengelium l. l. p. 23 rectissime hunc locum sic scribentem:

Luxantur, lustrantur, comedunt quod habent: ei nomen diu (tr. sept.)
Servitutis ferunt. (cr. dim.)

8. In exitu versus nunquam Plautus ne continuatis quidem numeris bacchiacis secundae arsis solutionem admisit. Cuius generis quod unum apud R. legitur exemplum Trin. 277.

Pater adsum: impera quidvis neque ero in mora tibi

a libris nullam fidem habet, quibus ducibus locum sic scribo:

Pater adsum: impera Quidvis neque tibi (II trost. trip. c.)
Ero ĭn mora neque latebrose me abs tuo conspectu occultabo. (tr. oct.)

9. Pariter Plautus ut, quod sciam, in ceteris versuum generibus ita in bacchiacis abstinuit hypermetris. Huius quoque generis unum statuit R. exemplum, cum Pseudoli locum 1314 sq. sic ederet:

At negabas daturum esse te mihi (cret. dim. cum tr. trip. c.)
Tamen das? Derides? quid hoc Pseudule aufersne (b. tetr.)
Abs tuo ero? Lubentissimo corde atque animo,

quod exemplum libris ducibus hoc modo removeo:

At negabas daturum esse te mi: tamĕn das? (cr. tetr.)
Quid? hoc auferre vin, (non: *B. C. D*; tr. trip. c.)
Pseudole, abs tuo ero? (cr. dim. c.)
Lubentissimo corde atque animo (b. trim.);

nam „derides", num huc ex versu 1309, ubi ne in Ambrosiano quidem legitur, asciscendum sit, prorsus dubium est. Idem in eiusdem fabulae exitu etiam cret. tetrametrum hypermetrum admittere posse sibi visus est:

Verum si voltis adplaudere atque adprobare
Hunc gregem et fabulam, in crastinum vos voco;

sed dubium esse non potest, quin hi versus „sultis"

forma pro „si voltis“ cum Hermanno (El. p. 304) substituta ut bacch. tetrametri sic sint scribendi:

Verum sultis adplaudere atque adprobare hunc
Gregem et fabulam in crastinum vos vocabo.

Etiam qui antecedunt versus non recte R. tractavit, quos hac fere ratione legendos esse libri videntur indicare: 1329.

Si is, aut dimidium aut plus etiam faxo hinc ferĕs. Eo: duc me quo vis (anap. oct.)
Quid nunc: num quid iratus es aut mihi (tr. trip. c. cum cret. dim.)
Propter has res Simo aut filio (cret. trim.)?
Nil profecto. I hac [mecum]. Te sequor: quin vocas (cret. tetr.)
Spectatores simul? Hercle me isti haud solent
Vocare neque ergo ego ĭstos [voco] (i. dim. an.)

„mecum“ in versu 1332 inserui, quod haec „i hac mecum“ formula apud Plautum est: cf. Merc. 689. Bacch. 1175. 1181. Men. 405. Trin. 577. 710.

II.

Haec de bacchiacis versibus generaliter habui dicere. Transeo iam ad singulas eorum species, atque primo loco, ut par est, agam de *acatalectis*, quorum a tetrametro ut frequentissimo initium faciam.

1. *De tetrametro bacch. ac.*

Huius metri principalis lex apud Plautum haec est, ut unum minimum purum bacchium, a quo tamen solutiones non omnino alienae sunt (cf. Poen. 1. 2. 45.

Dignum Veneri pol, quoi sunt Aphrodisia hodie),

continere debeat. Nam quos ne unum quidem purum bacchium habentes tetrametros bacch. ac. homines docti statuerunt, paucissimis exceptis omnes omni fide carent. Ut hi, quae apud R. et Fl. leguntur: Amph. 576 (cf. I. 6). Capt. 500 (cf. I. 5). Trin. 240 (cf. I. 2). 278 (cf. I. 8).

Amph. 651. [Et] patria et prognati tutantur servantur.
Trin. 259. Nil te utor. Quamquamst illud dulce, esse et bibere.
Asin. 133. Pellecebrae, pernicies, adulescentum exitum.
Pseud. 931. Occidis me, quom istuc rogitas. Hominem lepidum.
1253. Ita victu excurato, ita munditiis dignis.
1257. Hic omnes voluptates, omnes venustates sunt.
1272. Sed postquam exurrexi, orant med ut saltem.
Men. 587. Ad populum aut in iure aut apud aedilem res est.
Most. 318. Ubi nos hilari ingenio et lepido [victu] accipiet.
Pers. 780. Obone vir salveto et tu bona liberta.

Alter Amphitruonis locus vitiis certe caret, si hoc modo scribitur:

|| Virtus omnibus rebus anteit profecto: (b. tetr.)
Libertas, salus, vita, res et parentes, „
Patria et prognati || tutantur, servantur || [virtute]: virtus (tr. oct.)
Omnia in se habet: omnia adsunt bona,
(tr. trip. c. cum cret. dim.)
Quem penest virtus. || (cret. dim. c.),

tertius trinummi, si hic libris ducibus legitur:

Fit ipse dum illis comis est inops amator. Haec ego (i. oct.)
Quom ago cum meo animo et reputo, ubi qui eget,
(i. dim. ac.)
Quam pretĭ sit parvi: apage te amor, „
Non placēs, nihil te utor quamquam illud est dulce esse et bibere. (i. sept.),

Asinariae versum creticum esse iam Spengelius p. 21 vidit et Pseudoli primus secundum libros e troch. dimetro ac. et cret. dimetro cat. constat:

Occidis me, quom istuc rogitas.
O hominem lepidum.

Neque certior est secundus eiusdem fabulae versus — nam veteris fides hic quantilli sit, apparet —, quo de loco quid mihi statuendum esse videatur, alii tempori reservare malo; tertius, libros si sequimur, quod cur non faciamus, nulla est causa, troch. octonarius est:

Hic omnes voluptates, in hoc omnes venustates sunt.

Qui Pseudoli restat locus, inde a versu 1269 sic videtur legendus esse:

Postquam opus meum omne ut volui, perpetravi hostibus fugatis (tr. oct.)
Illos accubantis (bacch. dim.)
Potantis, amantis cum scortis (b. trim.)
Reliqui et meum scortum ibidem
Cordi atque animo suo obsequentes. sed postquam exurrexi, orant me (tr. oct.)
Id, ut saltem. ad hunc me modum intuli illi (bacch. dim. et i. trip. cat.)
Satis facete: enim ex disciplina (i. trip. c. et b. dim.)
Quippe ego qui probe Ionica (tr. dim. cat.)
Perdidici. sic palliolatim (tr. dim. ac.)
Amictus hac incessi ludibundus (i. trip. c. et b. dim.)
Plaudunt: „parum“ clamitant, ut revortar:

de bacchio „ibidem“ v. 1272. cf. Bacch. IV. 4. 104. Rud. II. 3. 65. III. 6. 9. Andr. 777. Menaechmorum deinde versus, Ambrosiano si fides est, ex duobus anap. dimetris cat. constat:

Aut ad populum aut in iure Aut apud aedilem res est,

sicut etiam duo sequentes versus videntur anapaesti esse. Mostellariae autem locus nescio an sic scribendus sit:

Nunc commissatum ibo (troch. trip. ac.) Ad Philolachetem (cret. dim. cat.)
Ubi nos hilari ingenio et lepide accipiet. Ecquid tibi (tr. sept.)
Videor mamamadere? (troch. trip. ac.)

et Persae hoc modo:

Vide hŏc: quae haec fabulast? pol hic quidĕm potant: aggrediar. o bone vir (troch. oct.)
Salveto et tu bona liberta. Dordalus hic quidĕmst. Quin iube adire.

G. Hermannus El. p. 307 et 295 hos duos huius generis tetrametros statuit: Aul. II. 1. 13.

Quin participem pariter ego te et tu me ut facias (sic libri)

et Poen. I. 2. 8 sq.

Nam nos usque ab aurora ad hoc quod dieist,
Postquam aurora illuxit, numquam concessamus
Ex industria ambae lavari aut fricari aut sq.,

quorum versuum ille sic fortasse purgandus est:

Quin participem pariter te ego et tu me ut facias,

nisi ex duobus anap. tripodiis ac. constat:

Quin participem pariter   Ego te et tu me ut facias,

de cuius tamen metri usu Plautino parum adhuc constare confiteor; hic locus sine dubio ita est scribendus:

Nam nos usque ab aurora ad hoc, quod dieist
Ex industria ambae numquam concessamus,
Lavari sq.,

versu, quem libri inter illos interpositum praebent

Postquam aurora illuxit numquam concessavimus

deleto, cuius versus prior pars:

„Postquam aurora illuxit“

si minus glossema at antecedentis varia lectio antiquitus tradita est: utroque enim modo, sive versum 8 ita ut supra scribis sive sic:

Postquam aurora illuxit, ad hoc quod dieist,

et sententia et metrum recte se habet; utrum autem Plauti sit, dignosci non potest.

2. Etiam ei tetrametri bacch., qui unum modo purum bacchium habent, multo rariores sunt, quam se-

cundum Fleckeiseni et Ritschelii editiones videtur. Qui quos praeter necessitatem statuerunt, eorum partem iam supra removimus: de Amph. 581. 582 (cf. praef. p. XIX) cf. I. 6, de Amph. 646. I. 1, de Bacch. 617. I. 3, de Most. 316. I. 2, de Pseud. 1271. II. 1. 1. Neque maiorem fidem hi habent: Amph. 572.

Merito maledicas mi si [non] id ita factumst
(scr.: Merito maledicas Mihi, si id ita factumst)
(II iamb. trip. c.)

Most. 89. Hominem cuius rei similem esse arbitrarer
[libri: Hominem cuiu' rei quando natus est (b. tetr. cat.)
Similem esse arbitrarer simulacrumque habere (b. tetr.)]
123: Ut in usum boni sint et in speciem populo
[libri: Ut et in usum boni et in speciem (troch. dim. ac.)
Populo sint: sibique aut materiae neparcunt (b. tetr.)]
de 861—862. cf. III. 1. 1.
Pers. 815. Restim tu tibi cape crassam ac te suspende
[libri: Restim tu tibi cape (tr. dim. cat.)
Crassam ac suspende te (cret. dim.)]
Pseud. 1254. Ita loco in festivo sumus festive accepti
[libri: Itaque in loco festivo Sumus festive accepti
(II iamb. dim. cat.)]
Rud. 912. Miro mihi modo atque incredibile hic piscatus
914. Pondo cepi nisi hoc quod fero hic [mecum] in rete
[scr. libris ducibus:

Miroque modo atque incredibili hic (anap. dim. c.)
Piscatu' mihi || lepide evenit „
Neque piscium unciam ullam (iamb. dim. c.)
Ho[ce]die || pondo cepi, „
Nisi hoc quod fero hic in rete. || „

anapaesti et iambici versus canticum etiam claudere videntur: 919. Tolerarem: opera haut fui parcu' mea. (an. dim. ac.)
Nimis homo nihilist qui est piger (iamb. dim. ac.)
Nimisque id genus odi ego male. „]

Satis incerti etiam ei sunt, qui, libris si nos addicimus, Aul. II. 1. 12, 13, 14 statuendi sunt:

Neque occultum id haberi, neque per metŭm mussari
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi,
Ut tuam rem ego tecum hic loquerer familiarem,

quorum versuum primus „id“ post „haberi“ collocato constat ex bacch. dimetro ac. et iamb. dimetro cat., reliqui ex binis iamb. dimetris cat., si pro „te“ „ted“ et pro „ut“ „uti“ scribis. Eorum huius generis versuum, qui indubii sunt, numerus prae tetrametrorum duos vel tres vel quattuor puros bacchios continentium satis parvus est et vix aliter inveniuntur, quam singuli — duos praeter Aululariae illum locum tantum Merc. 350. 1 coniunctos inveni — et purioribus consociati.

3. Ut cret. ita bacch. tetrameter haud raro ita formatus est, ut dihaeresi careat. Quae si locum habet, pariter atque in cret. tetrametro in secundi pedis exitu hiatus admittitur, cuius tamen haec tantum afferre possum exempla: Capt. 506 sq.

Tandem abii ad praetorem: ibi vix requievi:
(de sequentibus versibus cf. III. 2. 2.)

Cas. III. 5. 23 sq.

Malum pessimumque hic modo intus apud nos
(b. dim. cum i. trip. c.)
Tua ancilla hoc pacto exordiri coepit

Ib. IV. 4. 16. Tene hanc lampadem. Immo ego illam tenebo.
Men. 967. Ut absente ero rem eri diligenter;

nam quae praeterea apud R. Pseud. 1259. 1272. Pers. 789 leguntur, iam supra removenda erant.

4. Cum igitur Plautus dihaeresi similem vim atque versus fini tribuerit, eum ante dihaeresin secundae arsis

solutionem evitasse non mirum videbitur. Cui legi quae repugnent exempla, haud pauca apud editores inveniuntur, sed librorum fide haec tantum, quod sciam, nituntur:

Amph. 570. Perdat. Quid mali sum, ere, tua ex re promeritus
Bacch. 1126. Deridere nos. Sine suo usque arbitratu,

quorum tamen illud tale est, ut etiam aliam mensuram admittat:

Perdat. Quid mali sum (b. dim.)
Eré tua ex re promeritus (iamb. dim. c.),

hoc lenissima traiectione removetur:

Deridere nos. Suo sine sq.

Praeterea Fleckeisenus tales solutiones statuit Amph. 163.

Eri haec immodestia me coêgit, qui hoc noctis

et 169. Facto aut dicto adest opus, quiet[at]us ne sis,

sed praeter librorum fidem, ut totum locum inde a v. 159 usque ad 172 paullo violentius tractavit. Cuius loci primi versus nescio an Vetere duce sic scribendi sint:

Ita quasi incudem me miserum homines, octo validi caedant ||
(iamb. sept.)
Ita peregre adveniens hospitio publicitus accipiar ||.
Haec eri immodestia (troch. dim. c.) Coêgit me qui hoc noctis,
(troch. trip. ac.)
A portu ingratiis excitavit. ||
(cr. dim. cum troch. monom.)
Nonne idem hoc luci me mittere pot[is f]uit?
(cr. tetr. ac.)
Opulento homini hoc [magis] servitus durast (cr. tetr. c.):

in extremo versu cum Fl. „magis“ inserui; hoc enim auctorem sequentis versus

„Hoc magis miser est divitis servos,“

quem illius propter insolitam structuram „servitus opulento homini“ intellectu difficilioris interpretationem esse cum aliis Fl. vidit, in illo legisse necesse est. Qui iam

sequuntur versus Fl. contra libros sic dedit:

Quoi noctis diesque adsiduo satis superquest:
Facto aut dicto adest opus, quie[ta]tus ne sis.

Sed „quoi“ illud quo referendum est? sive cum „opulento homini“ coniungitur, sive cum „servitus,“ sententia manca est: quaeritur, quidnam opulento homini vel servituti, quae apud eum servitur, noctisque diesque satis superque sit. Deinde „quietatus“ vocabulum et fide maxime dubia est neque aptam sententiam praebet. Omnia autem recte se habent, si librorum scriptura servata versum 168 pariter atque 172 ex anap. dimetro cat. et iamb. tripodia cat., de cuius metri usu Plautino non dubitandum est, constare et versus 169—171 e iamb. dim. ac. et iamb. tripodia cat. compositos esse mecum credes. Idem Fl. etiam Trin. 262. secundae arcis solutionem ante dihaeresin factam statuit:

Contutu neque eum sibi volunt dici amicum,

ut ib. 260 R.:

Amor amari dat tamen, satis quod sit aegre,

praeterea in eo peccans, quod amor vocis ultimam sub ictu correptam voluit. Videtur autem totus hic locus, cuius descriptionem Ritschelianam etiam alia de causa vitiosam esse mox videbimus, libris ducibus hoc fere modo legendus esse:

Amor amari dat tamen sati' quod sit aegre
(iamb. dim. ac. cum iamb. trip. c.)
Fugăt forŭm, fugăt suos cognatos (anap. dim. c.)
Fugat ipse se a suo contutu (b. trim.)
Neque eum sibi amicum volŭnt dici (anap. dim. ac.)
Mille modis amor ignorandust (b. trim.)
Procul abdendus atque abstinendust.

Eadem de causa in Pseudoli versu 1129, si ita ut

R. voluit tralaticia scriptura mutanda est, quod non necesse esse infra videbimus:

Poplo strenui mihi damnosi usui sunt,

certe „mi“ pro „mihi“ ponendum est, neque eiusdem hos versus Most. 968 et 869 supplendi ratio probari potest:

Ut adhuc [hoc] fuit, [ita] mihi corium esse oportet:
Sincerum atque ut [id mihi] votem verberari,

quorum versuum ille, libris si in loco lacunoso fides est, ex duabus iamb. tripodiis cat. compositus est:

Ut adhuc fuit mi, Corium esse oportet,

huius supplementum, quo et sententiae et metro satisfiat, me nescire fateri malo quam parum probabilia proferre. De Persae versu 815 a R. sic edito:

Restim tu tibi cape crassam ac te suspende

cf. II. 1. 2, de Poenuli I. 2. 43, quem Hermannus El. p. 296 hoc modo legit:

Mihi sunt hic omnia, quae ad deum pacem oportet sq.

cf. II. 3. 1.

2. *De trimetro bacch. ac.*

1. De hoc versuum genere cum Ritschelius ab initio dubitasset (cf. adn. ad Trin. 261), dubitandum non esse in editionis progressu intellexit, quamquam quae statuit exempla aut vitiosa aut incerta sunt. Atque vitiosa sunt haec:

Pseud. 1255. 6. Quid opust me multas agere ambages?
Hoc est homini, quam ob rem agat vitam
Most. 322. Visne ego te ac tu med amplectare?

nam trimetrorum eandem esse legem atque tetrametrorum, ut unum certe purum bacchium habere debeant,

ut consentaneum est, ita eis quae certa sunt exemplis comprobatur. Illorum locorum de secundo sine dubio verum vidit Spengelius l. l. p. 26, alter nescio an sic Ambrosiano duce legendus sit:

Quid opust me multas agere Ambages hoc est homini
(II anap. dim. cat.)
Quam ob rem vitam amet (troch. trip. c.);

(de sequente versu cf. II. 1. 1). Neque recte se habere potest trimeter bacch., quem Hermannus Most. 89 statuit:

Hominem cuius rei quando natust,

nisi in „cuius“ vocabuli exitu *s* abicitur, ut purus bacchius existat. Quod tamen exemplum parum certum est, cum eodem iure versum ut bacch. tetrametrum cat.

Hominem cuiu' rei quando natus est

et ut anap. dimetrum ac.

Hominem cuius rei, quando natust

metiri possimus. Neque certior est trimeter, quem R. eodem Hermanno auctore Most. 94 dedit:

At ego id faciam, ita esse ut credatis,

qui versus, libros si sequimur, potius anap. dim. ac. est:

At ego id faciam, esse ita ŭt credatis.

Idem de trimetris b. dicendum est, qui ib. 124. 125. 331. 332 apud R. leguntur, quorum de primo cf. II. 1. 2, secundus et tertius etiam versus ex bacch. dimetro et iamb. tripodia cat. compositi esse possunt:

Nec sumptus sibī sumptui esse ducunt
Madet homō. Tun me aïs mamamadere?

quartus anap. dim. ac.

Cedŏ manŭm, nolo equidem te adfligi.

De Most. 317 et 319 cf. II. 1. 1, de Amph. 179 cf. II. 3. 1.

2. Maiorem fidem haec habere videntur exempla: Cas. II. 1. 10 sq.

|| Ego pol illum probe incommodis dictis angam (b. tetr.)
Faciam uti, proinde [ut] est dignus, || vitam colat, (cr. tetr.)
Acheruntis pabulum, (troch. dim. c.)
Flagiti persequentem stabulum nequitiae. || (cr. tetr.)
|| Nunc hinc meas fortunas Eo questum ad vicinam.
(II iamb. dim. c.)
Sed foris concrepuit || atque eapse eccam egreditur. (b. tetr.)
Non per tempus iter hoc mi incepi. (b. trim.)

Sic extremos duos versus Ambrosianus Gepperto teste exaratos habet, nisi quod pro „eapse“ „ipsa“ praebet; in Vetere haec leguntur:

Sed foris concrepuit atque ea ipsa eccam egreditur foras.
(troch. sept.)
Non pol per tempus Iter mi incepi. (II iamb. trip. c.)

Cas. III. 5. 16 sq.

Obtine auris, amabo. I in malam crucem:
(cr. dim. cum tr. trip. c.)
Pectus, || auris, caput teque di perduint. (cr. tetr.)
Nam nisi ex te scio || (cr. dim.)
Quicquid hoc est cito, iam tibi istuc
(cr. dim. cum troch. monom.)
Cerebrum dispercutiam, execrata, (b. trim.)
Ludibrio pessume (cr. dim.)
Adhuc quae me habuisti. || Ere mi. Quid vis, (b. trim.)
Mea ancilla? Nimium, saevis. || Numero dic sis (b. tetr.)
Et hoc, quicquid est, eloquere, in pauca confer. || „

Bacch. 1137.

|| Solae libere grassentur? (anap. dim. c.)
Quin aetate credo esse mutas; || (b. trim.)

nam „solae libere“ voces cur ab interprete adscriptas esse necesse sit, non video.

Poen. I. 2. 12.

Binae singulis quae datae ancillae nobis, || (b. tetr., B: d. n. a.)
Eae nos lavando eluendo (b. trim.)
Operam dederunt, || (i. trip. c.)
Aggerundaque aqua (cr. dim.)
Sunt viri duo defessi. || (tr. dim. ac.)

De Poen. I. 1. 21. cf. I. 3; ib. 36 sq.

Item nos sumus ||: eius seminis mulieres sunt || (b. tetr. cf. III. 2. 2.)
Insulsae admodum atque invenustae. || (b. trim.)

Ib. 46 sq.

|| Ecquid gratiae, quom huc foras te evocavi? (b.tetr.)
Iam nunc me decet donari || (tr. dim. ac.)
Cado viri veteris: dic darĭ: nil respondes? (b. tetr.)
Lingua huic excidit, ut ego opinor. || (b. trim.)

Truc. IV. 2. 155.

Lepide ecficiam, mea era, officium, vide ĭntus modo, ŭt tu tuum || item ecficias. (anap. oct.)
Ama id, quod decet rem tuam istam exinani. || (b. tetr.)
Nunc dum isti lubet dŭm habet, tempus (b. trim.)
Ei rei secundumst. || (b. dim.)

Truc. II. 5. 10.

Vosmet iam videtis, (b. dim.)
Ut ornata incedo; puerperio || (b. trim.)
Ego nunc me esse aegram adsimulo (anap. dim. c.)
(? Egō nunc med esse aegram ads.);

de Pseud. 1270 sq. cf. II. 1. 1. Duplicem mensuram admittunt hi loci: Cist. IV. 2. 29.

Sed is hac iit, hac socci video vestigium in pulvere: persequar hac. || (anap. oct.)
In hoc iam loco cum altero constitit: hic (b. tetr.)
Meis turba || oculis modo se obiecit. || (b. trim.) } ?
Meis turba oculis modo se obiecit. (anap. dim. ac.) }
Neque prosum iniit hac: hic stetit: hinc illuc exiit: hic || (i. sept.)
Concilium fuit. (troch. trip. c.)
Ad duos adtinet: hi qui sunt? (cr. trim.)
Attat singulum video vestigium. || (tr. trip. c. cum cr. dim.)

Pseud. 593.

Lubet scire, hic quid venerit cum machaera:
Et hinc, quam rem agat, huic dabo ĭnsidias. (b. trim.) } ?
Et hĭnc, quam rem agat huic dabo ĭnsidias. (anap. dim. c.) }

Pseud. 1130 sq.

Malum quod tibi di dabunt: sic scelestus. (b. tetr.)
Venus mi haec bona dat, quom hos huc adigit (b. trip.) }
Venu' mi haec bona dat, quom hos huc adigit } ?
(? anap. dim. a. an tr. dim. a.) }
Lucrifugas damnicupidos, qui se suamque aetatem bene curant, (troch. oct.)
Edŭnt, bibunt, scortantur; alio sunt illi ingenio atque tu. (tr. sept.)
Me nunc commoror, (tr. trip. c.)
Quom has foris non ferio, ut sciam, Sitne Ballio domi, (II troch. dim. c.),

quorum versuum secundus si troch. dim. ac. est, a bacchiacis ad sequentem troch. octonarium pariter transitum facit atque Pers. 818.

Iam iam Paegnium da pausam
(R.: Iam iam Paegnium da pausam [parce misero]).

Fortasse etiam in hoc Rudentis loco 202 sq. (I. 3. 15) trimeter bacch. latet:

Sed erile scelus me sollicitat, eius me impietas male || habet. (anap. sept.)
Is navem atque omnia perdidit in mari. || (cr. tetr.)
Haec bonorum eius sunt reliquiae. (cret. trim.)
Etiam quae semul || (tr. trip. c.)
Vecta mecum in scaphast, excidit: (cr. trim.)
Ego nunc sola sum. || (tr. trip. c.)
Quae si mihi foret salva saltem labor, || (tr. trip. c. cum cret. dim.)
Lenior esset hic mi eius opera. || (cr. tetr. c. in syll.)
Nunc quam spem aut opem aut consili quid capessam, || (b. tetr.)
Ita hĭc solis locis compotita? || (b. trim.)
Hic saxa sunt, hic mare sonat, nec quisquam || homo mi obviam venit ||: (i. oct.)

sic libri Pareo teste, nisi quod in paenultimi versus exitu „sum“ addunt, quod iam Reizius delevit.

3. Quae adhuc attulimus exempla talia erant, ut trimetri cum aliis bacch. versibus coniuncti essent; praeter hanc condicionem Plautus trimetros his locis videtur admisisse: Pseud. 1316 cf. I. 9. Trin. 261 sq. cf. II. 14. Bacch. 629 sq.

Consolandus hic mist. Ibo ad eum. (b. trim.)
Mnesiloche, quid fit? Perii. (II i. dim. c.)
Di meliu' faciant. Perii. „
Non tacēs insipiens? Taceam? (anap. dim. cat.)
Sanus satis non es. Perii. „

Most. 343.

Quin amabo accubas, Delphium mea? (cr. trim.)
Da illi quod bibat: dormiam ego iam. (b. trim.)
Num mirum aut novom Quippiam facit? (II troch. trip. c.)

(sic libri; R.: Non mirum aut novom quippiam [nunc] facit), quorum tamen versuum medium lenissima traiectione eiusdem generis facere potes atque tertium:

Da illi quod bibat: Ego iam dormiam.

Epid. I. 1. 61.

Abeo. Adsta: abire hinc non sinam. Quid nunc me retines. || (i. dim. cum i. trip. c.)
Amatne istam, quam emit de praeda? (b. trim.)
Rogas? deperit. || Detegetur „
Corium de tergo meo. (troch. dim. c.)
Plusque amat, quamde umquam amavit. || Iuppiter te perduit. (tr. sept.)
Mitte nunciam me: nam ille me votuit domum || venire: (troch. oct.)
[Ire] ad Chaeribulum iussit huc in proxumum: ibi manere
Iussit: || eo venturust ipse. Quid ita? Dicam: quia patrem (tr. sept.)
Prius se || convenire non volt neque se conspicari[er],
Quam id argentum, || quod debetur pro illa, dinumeraverit.
Heu edepol res turbulentast. || Mitte me, ut eam nunciam.
Haecine ubi scibit senex, Puppis || perundast probe (II tr. dim. c.)
Quid ĭstuc ad me adtinet, quo tu intereas modo. || (cr. tetr.)

Truc. I. 2. 13.

|| Ibist ibus pugnae et virtuti, (b. trim.)
De praedonibus praedam capere ||
At ecastor (sic A.; „ec." om. B. C.) nos rusum lepide
Referimus gratiam furibus nostris. || (cr. tetr. c.)

Hoc unum novi certum exemplum, ubi trimetri binarium numerum excedant.

3. *De dimetro bacch. ac.*

1. Hunc versum ut cret. dimetrum (cf. Spengel l. l. p. 28) apud Plautum in secundam sedem pro brevi syllaba longam sive eius solutionem non admittere homines doctos adhuc videtur fugisse. Quos huic legi repugnantes dimetros G. Hermannus, Fleckeisenus, Ritschelius statuerunt, quantam fidem habeant, iam videbimus. Dimetrum molossum in secunda sede pro bacchio habentem Fl. Ritschelio (Par. p. 383) obsecutus Amph. 176 sq. dedit:

Satiust me queri illo modo servitutem:
Qui hodie fuerim liber,
Eum nunc potivit pater servitutis.
Hic qui verna natust, [con]queritur,

quem locum Veterem secutus sic scribere non dubito:

|| Satiust me queri illo (b. dim.)
Modo servitutem: hodie qui fuerim liber, || (b. tetr.)
Eum nunc potivit pater servitutis.
Hic qui verna natust queritur. || (tr. dim. ac.)

Neque maiorem fidem habent eiusdem modi dimetri, quos Hermannus El. p. 307 et 295 sq. his locis statuit:

Aul. II. 1. 6. Nec mutam profecto repertam ullam esse hodie
Dicunt ullo in saeclo

Poen. I. 2. 13 sq. [Usque] operam dedere aggerundaque aqua sunt
Viri duo defessi.

ib. 36 sq. Insulsae admodum atque invenustate [plenae]
Sine munditie et sumptu

ib. 42 sq. Quiesco. Ergo amo te: sed hoc nunc responde
Mihi sunt, hic omnia(!), quae ad deum pacem oportet
Adesse. Accuravi.

quorum locorum de secundo cf. II. 2. 2, primum et quartum Vetere duce sic legendos censeo:

Nec mutam profecto repertam ullam esse (b. dim. cum i. trip. c.)
Ho[ce]die mulierem dicunt ullo in saeclo
(B.: Hodie d. mul., b. tetr.)
|| Quiesco ergo. Amo te (b. dim.):
Sed hoc nunc responde mihi: || (i. dim. ac.)
Sunt hic omnia, quae ad deum pacem (anap. dim. ac.)
Oportet adesse. Omnia accuravi. || (b. dim. cum i. trip. c.)

Tertii loci versus secundus potius troch. tripodia ac est, sic ut Most. 129.

Ad legionem quom itur,

quem versum R. bacch. dimetrum esse voluit. Qui praeterea apud hunc inveniuntur vitiosi huius generis versus eorum unum Trin. 262.

Ipsum a tuo contutu

iam supra (cf. II. 1. 4) removimus. Duo restant Pseud. 500.

Magnum hoc vitium vinost

et Trin. 241. Celatum indagator,

quorum locorum illum cum Vetere sic scribo:

Pergitin pergere? ah serviundum mihi (cr. tetr.)
Hodiest. magnum hoc vitium vinost. (troch. dim. ac.)

Huius loci, ut inde a versu 239 a R. et Fl. Hermanno duce editus est, etiam versum secundum vitiosum esse supra vidimus cf. I. 2. II. 1. 1. Neque melius se habet huius loci descriptio, quam R. praeterea in adnotatione proposuit:

Blandiloquentulus, mendax, cuppes, despoliator, harpago,
Latebricolalarum hominum corrumptor, celatum indagator est,

quorum versuum in posteriore et procel. „Latebrico“ vitiosus est, et cum indagator vocis ultima apud Plautum corripi nequeat, spondeus in septima quadrati sede. Quid mihi quidem de hoc loco statuendum esse videatur, alio tempore, cum de aliis metris agam, communicabo. Ceterum ut Plautus in sexta senarii, septima quadrati similibusque sedibus interdum brevem syllabam *s* litterae abiectione effecit, ita nihil obstat, quominus idem in secunda bacch. dimetri sede fecisse credamus. Qua de re si Hermannus et Spengelius cogitaverunt, cum ille El. p. 288 Amph. II. 1. 14 hunc bacch. dimetrum statueret:

Voluptatis cepi,

et hic l. l. p. 13 Menaechonorum locum 974 sq., recte ut mihi quidem videtur, sic scriberet:

Verbera, compedes, molae, Magna lassitudo, Fames, frigus durum

non peccaverunt.

2. Primae secundi bacchii arsis in dimetro solutae certum exemplum apud Plautum invenire non potui; nam Aulularíae locus II. 1. 22, ubi Hermannus El. p. 308 talem dimetrum statuit:

Quid vis da mihi operam

libris ducibus sic potius videtur scribendus esse:

|| Da mihi operam [tuam] amabo. Tuast: (cr. trim.)
Utere atque impera si quid vis. ||
Id quod in rem tuam optumum esse arbitror, (cr. tetr.)
Te id admonitum advento. || (troch. trip. ac.)

et Casinae versus II. 1. 8.

Flagitium illud hominis, ||

quem Bothius antecedentes versus falso pro bacchiacis habens — hoc enim modo videntur legendi esse:

Vir si quid volet, me facite hinc arcessatis. || (b. tetr.)
Prandium iusserat (cr. dim.)
Sibi parari senex. St tace atque abi: (B.: sen. sibi p.) ||
(cr. dim. cum tr. trip. cat.)
Nec paro neque hodie coquetur, (tr. dim. ac.)
Quando is mi et filio adversatur suo || (cr. tetr.)
Animi amorisque causa sui. (cr. trim.)

bacch. dimetrum esse voluit, quid prohibet, quominus Plautum troch. tripodiam ac., antecedentium creticorum clausulam, esse voluisse credamus?

3. Coniungitur autem dimeter bacch. maximam partem cum tetrametris, trimetris, sicut cum versibus ex bacch. dimetro et iamb. tripodia cat. compositis. Tali in initio cantici praemissus esse videtur Bacch. 1120:

Quis sonitu ac tumultu (b. dim.)
Tanto nominat me atque pultat aedis? (b. dim. cum i. trip. c.)
Ego atque hic? Quid hoc est negoti nam amabo? (b. tetr.)
Quis has huc oves adegit. (i. dim. c.)

Pariter Fl. Capt. 498. dimetrum tetrametris praemissum voluit; sed cf. I. 5. Neque magis adsentiri possum Ritschelio Pseudoli locum 255 sq. sic edenti:

Manta. Omitte. Ballio audi. Surdus sum. Profecto [saevo's].
Inaniloquos [es tu].
Dedi, dum fuit. Non peto quod dedisti,

qui locus sine ulla tralaticiae scripturae mutatione hoc potius modo scribendus est:

Manta. Omitte. Ballio audi. (tr. dim. ac.)
Surdus sum profecto, inanilogistae. (b. dim. cum i. trip. cat.)

De Pseud. loco 1270 sq., ubi duobus trimetris b. dimeter praemissus est, cf. II. 1. 1. Haud raro inter alios bacchiacos versus dimeter interpositus invenitur, ut Amph. 176 (cf. II. 3. 1.) Capt. 503. Cas. III. 5. 39.

Sciens de via || in semitam degredere. (b. dim. cum i. trip. c.)
Num quid mihi minatur? || (b. dim.)
Tibi infesta solist plusquam quoiquam. Quam ob rem? || (b. tetr.)

Truc. II. 5. 7.

|| Quae ausa sum tantum (cr. dim. c.)
Clam dolum adgrediri. (tr. trip. c.)
Lucri causa || avara (b. dim.)
Probrum sum executa alienos dolores (b. dim. cum i. trip. c.)
Mihi supposivi. || (b. dim.)
Nullam rem oportet dolose adgrediri (i. tr. c. cum b. dim.)
Nisi astute || accurateque exsequare. || „
Vosmet iam videtis, (b. dim. cf. II. 2. 2.),

interdum ita, ut cum iamb. dimetro cat. coniunctus sit, ut Amph. 570 (cf. II. 1. 4) (Aul. II. 1. 12 cf. II. 1. 1, 2). Cas. III. 5. 24 sq.

Quid est id? Timor praepedit dicta linguae. (b. tetr.)
Quid ĕst? possum scire ego istuc || (i. dim. c.)
Ex te, quid negotist? (b. dim.)
Dicam: ancilla tua, quam tuo || vilico vis. (b. tetr.)

Denique b. dimeter interdum ita cum aliis versibus bacch. coniungitur, ut systema bacch. claudat, ut Most. 127. Rud. 262. Truc. IV. 2. 3 sq. (cf. II. 2. 2.) Poen. I. 2. 21. (cf. I. 3.) 39.

|| Scit muriatica ut maceret. Quid molestu's? (b. tetr.)
Soror parce amabo: || (b. dim.)
Sat ĕst istuc alios dicere (i. dim. ac.)
Nobis ne nosmet nostra Etiam vitia [e]loquamur || (II i. dim. c.)

(sic libri, nisi quod post „nosmet“ „in“ praebent, quod si pristinae scripturae vestigium est, de tali i. septenario cogites:

Nobis, ne nosmet ul[tro] nostra etiam vitia [e]loquamur.)

Men. 761.

Sed haec res mihi in pectore et corde curaest, || (b. tetr.)
Quidnam hoc sit negoti, (b. dim.)
Quod filia sic || repente (i. dim. c.)

Expetit me, ut ad sese irem. || (troch. dim. c.)
Nec quid id sit mihi certius facit, || (cr. dim. cum tr. trip. c.)
Quid velit, quid me arcessat. || (tr. trip. ac.)

(R. hexametros bacch. non sine vi concinnavit.) Quod hoc versus sequitur systema bacch., utrum bacch. dimetro, id quod R. vult, an iamb. dim. cat. claudatur, dignosci non potest, cum versus 774 utramque mensuram admittat.

4. Aliis metrorum generibus b. dimeter satis raro intermiscetur, idque vix aliter quam in aliorum bacch. versuum vicinitate ita, ut cum iambicis coniuncti sint. cf. Men. 581 sq. 975 (Spengel. p. 13) Capt. 508 sq. Poen. 1. 2. 40 sq. (cf. II. 3. 2. 1). Cas. IV. 4. 9 sq.

Id quaerunt, volunt, haec ut infecta faciant. || (b. tetr.)
Age Olympio, quando vis, uxorem accipe hanc a nobis. || (i. sept.)
Date ergo, daturae (b. dim.)
Si umquam estis hodie uxorem. (i. dim. c.)

Rud. I. 3. 10 sq.

Tum hoc mi indecore, inique, immodeste || (i. trip. c. cum b. dim.)
Dati' di: nam quid habebunt sibi (insigne) impii || (i. sen.)
Posthac, si ad hunc modumst innoxiis honos || „
Apud vos: nam me si sciam (i. dim. ac.)
Fecisse || aut parentes (b. dim.)
Sceleste minus me miserer. (i. dim. c.)

4. *De hexametro bacch. ac.*

Hoc metro quamquam Plautus multo rarius usus est, quam Ritschelio est visum, tamen usum esse Persae versus 497 et 500 evincunt, qui bacch. hexametri non esse non possunt:

Tabellas tene has, pellege. Hae quid ăd me. Immo ad te adtinent et tua refert.
Cedo sane mi. Ăt clare recitato. Tace dum pellego hau verbum faciam.

Etiam Truc. IV. 2. 4. mea quidem sententia hexameter statuendus est:

|| Prome venustatem amanti tuam ut gaudia (cr. tetr.)
Compares, || ego interim hic (tr. dim. c.)
Restitrix praesidebo, iste dum sic faciat || (cr. tetr.)
Domum ad te exagogam, nec quemquam interim istoc (b. tetr.)
Ad vos || qui sit sit odio, intromittam: tu perge ut lubet, ludere istos. || (b. hex.)

Porro Fl. Amph. II. 2. 1. novem continuos hexametros edidit, quorum tamen quattuor tantum a libris fidem habent. Quos si sequimur, secundus et tertius versus sic sunt scribendi:

Praequam quod molestumst? (b. dim.)
Ita quoique comparatumst (i. dim. c.)
In aetate hominum: || Ita dis est placitum, (i. trip. c.)
Voluptatem ut moeror comes consequatur, (b. tetr.),

septimus et nonus hoc modo:

Noctem unam modo atque is repente abiit a me (b. tetr.)
Hinc ante lucem (i. trip. c.)
Plus aegri ex abitu (i. trip. cat.)
Viri quam ex adventu voluptatis cepi (b. tetr.)

vel:

Plus aegri ex abitu viri (tr. dim. cat.)
Quam ex adventu voluptatis cepi (cr. dim. cum monom. troch.),

sextus vel hex. b. cat. est, vel ex bacch. tetr. cat. et trim. cat. constat:

Parumper datast, dum viri mei mihi Potestas videndi fuit.

Ut in his versibus sicut in sequente cantici parte (cf. I. 1. II. 1. 1) minora cola in Vetere contracta sunt, ita reliqui (1. 4. 5. 8) tales sunt, ut eandem de eis rem esse suspicari proclive sit. Primus, quartus, quintus constare possunt ex b. dimetro et tetrametro, octavus ex iamb. dim. cat. et b. tetrametro ac.:

Sola hic mihi nunc videor Quia ille hinc sq.

Praeterea hic illic in libris versus inveniuntur, qui hexametros aequant, qui tamen omnes, quod vel in tetrametros et dimetros, ut Amph. 1. 1. 22 (cf. II. 3. 1) Most. 126. Poen. I. 2. 39 (cf. II. 3. 3), vel in binos trimetros dissolvi possunt, non satis certi sunt cf. Cas. II. 3. 19.

Unde hic amabo unguenta (i. dim. c.)
Adolent? O perii: || (i. trip. c.)
Manifesto miser teneor: cesso (b. trim.)
Caput pallio detergere? || „

Quos R. praeterea statuit hexametros, eorum aliquot iam supra removimus, ut Bacch. 1120. 1 (cf. II. 3. 3.) Men. 762. 3 (ib.) Pseud. 1107 (I. 7) 1264 (I. 2) 1270 (II. 1. 1). Bacchidum versus 1106—1108 cum antecedentibus inde a versu 1104 anapaestos esse vidit Fl.; eiusdem fabulae versus 1139—1140 nulla est causa, quin ita, ut in libris leguntur, scribamus, ut bacch. tetrametri et iamb. dimetri cat. alternent. Pseudoli locum 1273 sq. Vetere duce sic scribo:

Occepi denuo hoc modo volvi (? volvier): (c. tetr. c.)
Idem amicae dabam me meae, (cr. trim.)
Ut me amaret; ubi circumvortor cado: (cr. tetr.)
Id fuit ludo nenia (troch. dim. c.) } ?
Nenia ludo id fuit (cr. dim.). }

Menaechmorum denique versus 571—2 quid prohibet quominus eundem Veterem secuti sic legamus:

Ut hoc utimur maxume more moro (b. tetr. ac.)
Molestoque multum atque uti quique sunt (b. tetr. cat.),
Optumi maxumi morem habent hunc (cr. dim. cum tr. mon.)

III.

Haec de acatelectis versibus bacch., quibus Plautus in canticis usus est, habui dicere: iam de catalecticis

dicendum est, quos Spengelius p. 12 sq. ut novum idque satis asperum numerorum genus in suspicionem vocavit. Sed primum quidem a poeta metri usum abiudicare vix dimidia eius operum parte pertractata audacius est; deinde illae causae mea quidem sententia nihili sunt: nam et alia metra, quae apud Plautum inveniuntur, nova sunt, et si nobis metrum asperius videtur, etiam Plauto visum neque propterea ab eo usurpatum esse minime necesse est. Immo in libris hic illic versus inveniuntur, quales si catalectici versus bacchiaci statuuntur, esse debent, ut in purum iambum exeant, atque ita, nisi aliae postulant causae, eos mutandi nullum habemus ius.

1. *De tetrametro bacch. cat.*

1. De hoc metro quamquam non dubitandum esse R. et Fl. viderunt, tamen eius usus non tam frequens est, quam eis est visum. Longe maximam partem singuli tetrametri cat. acatalectis subiunguntur, ut Cas. III. 5. 26.

Dicam ancilla tua, quam tuo || vilico vis (b. tetr. ac.)
Dare uxorem, ea intus. Quid intus. Quid est? || (b. tetr. c.)

Pers. 807.

Decet me facetum esse et hunc inridere (b. tetr. ac.)
Lenonem lubidost, quando dignus [e]st (b. tetr. c.)

De Most. 89 cf. II. 2. 1. de Poen. 1. 2. 20 cf. I. 3. ib. 34.

Nisi multa aqua usque et diu macerantur, || (b. tetr. ac.)
Olent, salsa sunt, tangere ut non velis. (b. tetr. c.)
Item nos sumus: || eius seminis mulieres sunt || (b. tetr. ac.)

Men. 571.

Ut hoc utimur maxume more moro (b. tetr. ar.)
Molestoque multum atque uti quique sunt (b. tetr. cat.)

Optumi maxumi morem habent hunc (cr. dim. cum tr. mon.)
Clientis sibi omnis volunt esse multos: (b. tetr. ac.)
Bonine an mali sint, id haud quaeritant. (b. tetr. c.)

ib. 966.

Spectamen bono servo id est, qui rem erilem (b. tetr. ac.)
Procurat, videt, collocat cogitatque, („que“ om. R.)
Ut absente ero rem eri diligenter
Tutetur, quam six ipse adsit aut rectius. (b. tetr. cat.)

Sequitur 970. bacch. tetrameter ac., cui duo cat. tetrametri cum trimetro cat. videntur succedere:

Potiora esse quoi cor modeste situmst.
Recordetur id, qui nili sunt, quid is
Preti detur ab suis eris.

Tres continuos huius generis versus tetrametro ac. Fl. Rud. 193 sq. subiunctos voluit, qui locus quo potius modo scribendus esse videatur, supra (II. 3. 4) indicatum est. Etiam quos duo tetrametros R. Most. 862 sq. acatalectis subiunxit et quos tres catalecticos ibidem eisdem acatalectis praemisit, incertissimos esse apparet, sicut id catalecticorum par, quod apud eundem Trin. 257 pariter acatalectis praemissum est, iam supra (cf. I. 2. II. 1. 1) removendum erat. Mostellariae locus si hoc modo scribitur, non nimis disceditur a librorum scriptura:

Servi qui, quom culpa carent, tamen malum metuont, ei (i. oct.)
Solent esse erĭs utibiles. (i. dim. c.)
Nam illi qui nil metuont, postquam sunt malŭm meriti, stulta sibi (anap. sept.)
Expetunt consilia: (troch. trip. ac.)
Exercent sese ad cursuram, fugiunt, sed ei si reprensi, (troch. oct.)
Faciunt sq.;

„sunt,“ quod libri post „reprensi“ addunt, his locis fretus omisi: Amph. 474. 575. 779. Stich. 201. 212. Trin. 426. 535. 1049. Neque certiora sunt exempla te-

trametri cat. acatalecto praemissi, quae R. Most. 313 sq.

Advorsum veniri mihi ad Philolachem.
Volo temperio audi: hem tibist imperatum

et 731 statuit:

Vitam colitis. Immo vita antehac erat:
Nunc nobis [simitu] omnia haec exciderunt,

quorum locorum ille mea quidem sententia potius ex duobus versibus ex b. dimetro et iamb. tripodia cat. compositis constat:

Adversum veniri mihi ad Philolachem
Volo temperio audi: hem tibi imperatumst (sic libri);

alterius loci ut posterior versus secundum libros ex cret. dimetro et troch. monometro compositus est

Nunc nobis omnia haec exciderunt,

ita priorem ex troch. tripodia cat. et cret. dimetro constare quam bacch. tetrametrum cat. esse Plautum voluisse verisimilius est.

De Mostellariae loco 344 sq., ubi R. trimetro b. ac. tetrametrum cat. subiunxit, iam supra dictum est (II. 2. 3), sicut de Pseudoli 1107, ubi hexametro ac. (I. 7).

2. Cum non bacchiacis metris idque complures tetrametros cat. uno tantum loco in libris consociatos repperi Cist. IV. 2. 24 sq.

Sed memet moror quom hoc ago secius: ||
Halisca hoc age ăd terram adspice et dispice,
Oculis investigans astute augura. ||

Praeterea R. usum tetrametrum cat. inter creticos versus collocavit Pseud. 1115, sed praeter librorum fidem, quibus ducibus locus inde a versu 1111 sic videtur scribendus esse:

Cum his mihi nec locus nec sermo (cr. trim.)
Convenit neque umquam eis Nobilis fui ego, ut mihi
(II troch. dim. c.)

Imperatumst, etsi abest, Hic adesse erum arbitror.
(II troch. dim. c.)
Nunc ego illum metuo, quom hic non adest (cr. trim.)
Né metuam quom adsiet: [iam] ei rei operam dabo.
(cr. tetr.)

2. *De trimetro, dimetro, hexametro cat.*

1. Non magis quam de tetrametro b. cat. de trimetro et dimetro dubitandum est, etsi exempla illius rarissima, huius non ita frequentia sunt. Trimetri certiora haec tantum novi: Men. 579.

Sollicitos patronos habent,
Datum denegant, quod datumst,

de Men. 972 cf. III. 1. 1 (de Amph. 638 cf. II. 4).

2. Dimetri cat. vix aliter quam bini coniuncti et cum aliis bacch. versibus consociati inveniuntur. Quae singuli huius generis versus apud editores leguntur, dubia fide sunt: de Trin. 235. cf. I, 2, de Men. 974. II. 3. 1, de Bacch. 1037. II. 2. 2. Idem de eis exemplis dicendum est, ubi huius generis versus inter metra non bacchiaca interposita reperiuntur; nam Bacchidum locus 660 — de versu 662. cf. I. 2. — etiam iamb. dimetri acat. admittit mensuram (cf. v. 655):

Bonu' sit bonis, manu' sit malis,

et Rud. 230 libri non quos Fl. statuit b. dimetros cat. praebent, sed duas troch. tripodias cat.

Spes bona obsecro Subventa mihi.

Afferre autem possum haec certiora huius metri exempla: Capt. 505.

Tandem alii ad praetorem: ibi vix requievi || (b. tetr.)
Rogo syngraphum Datur || mi ilico: (II b. dim. c.)
Dedi Tyndaro, Ille abiit domum. ||

Cas. II. 1. 8.

Ego illum fame, || Ego illum siti, (II b. dim. c.)
Maledictis, malefactis amatorem ulciscar. (b. tetr.)

Epid. II. 1. 3.

Quid est quod pudendum siet genere natam (b. tetr.)
Bono pauperem Domum || ducere (II b. dim. c.)
Uxorem, praesertim eam, qua ex tibi commemores || hanc, quae domist (tr. sept.)
Filiam prognatam? Revereor filium. || (cr. tetr.)

Pers. 810.

Persi perculit me prope. Hem serva rusum. (b. tetr.)
Delude ut lubet Erus dum hinc abest (II b. dim. c.)
Viden ut tuis dictis pareo? (i. dim. ac.)

Ut hos Persae versus sine dubio etiam qui eis vicini sunt. 809: Pergo ut coeperas. Hoc, leno, tibi,
qui per se etiam troch. tripodiae cat. esse possunt, Plautus huius generis esse voluit.

Hexametrorum bacch. cat. certum exemplum non novi: de Amph. 638. cf. II. 4; quae praeterea apud R. et Fleckeisenum leguntur, de eis aliter statuendum esse supra vidimus: de Men. 972. cf. III. 1. 1. Pseud. 1264. cf. I. 2. 1266. cf. I. 7.

IV.

1. Unum bacchiacorum versuum genus restat, cuius iam identidem mentionem fecimus. Quemadmodum enim Plautum non raro versibus ex cret. dimetro et troch. tripodia cat. compositis usum esse constat, ita eum bacch. dimetrum cum simili metro, cuius numerus bacchiaco cognatus est ut trochaicus cretico, iamb. tripodiam cat. dico, in eodem versu coniunxisse et consentaneum est et multorum locorum tralaticia scriptura probatur. Iam Bothius hic illic huius generis versus agnovit, sed non

recte nominavit compositos ex b. dimetro et iamb. hypercatalectico. Ut autem in huiusmodi creticis versibus cret. dimeter trochaico colo et praemittitur et postponitur, pariter in bacch. versibus bacch. dimeter iamb. colo, quamquam hoc illo rarius fit. Deinde etiam in hac compositione bacch. dimeter in secundum pedem pro brevi longam eiusque solutionem non admittit, pariter atque cret. dimeter, id quod et Ritschelium et Spengelium fugit. Fallatur igitur, si quis hos versus in illorum numero habere velit:

Amph. 651. Patria et prognati tutantur servantur (cf. I. 1. 1.)

Capt. 506. Tandem abii ad praetorem: ibi vix requievi (cf. II. 1. 3.)

Cas. III. 5. 24. Tua ancilla hoc pacto exordiri coepit (ib.)

Men. 771. Nisi aut quid commissi | aut iurgist causa (scr. aut est i. e.)

Most. 317. 8. Nunc commissatum ibo | ad Philolachetem:
Ubi nos hilari ingenio et lepide accipiet (cf. II. 1. 1.)

Pseud. 1253. Sed postquam exsurrexi orant me id ut saltem. (ib.)

Poen. I. 2. 5. Neque umquam satis hae duae res ornantur. (scr. sat istae.)

Rud. I. 3. 3—4. Hoc deo complacitumst me hoc ornatu ornatam
In incertas regiones timidam eiectam.
(scr. Hoc deo complacitumst, me hoc[e] (anap. dim. c.)
Ornatu ornatam || in incertas. „
Regiones timidam eiectam.) || „

Rud. II. 7. 9. Apud vos? nam me si sciam fecisse
Aut parentis sceleste minus me miserer. (cret. tetr.; sic B. Pareo teste; cf. II. 3. 4.)

Truc. II. 7. 3. Nam hoc qui sciam, ne quis id quaerāt ex me (scr. quis quaerat id ex me).

At recte se habet Menaechmorum versus 760:

Quas si autumem omnis nimis longus sermost,

si in „longus“ vocis exitu *s* littera abicitur.

2. Illorum versuum pars etiam alia de causa huius generis esse non potest; iambici enim coli hanc legem esse, ut vel in prima vel secunda sede purus iambus stet, plurima docere videntur exempla, prae quorum multitudine loci, qui legi illi repugnant, perpauci sunt atque facillimo negotio emendari possunt;

Capt. 296. Quomque hunc conspicio in potestate nostra
(scr. Quomque hunc in potestate nostra conspicio).
Cas. III. 5. 26. Dicam: tua ancilla, quam tuô vilico vis
(scr. „Dicam ancilla tua quam tuo sq.“, ut sit tetr. ac.)
38. Me occidet? An quippiam ad te adtinet? Vah (scr. Me[d] occidet sq.)
IV. 4. 8. Facies tu hanc rem mi ex parata imparatam (scr. Facies tu hanc[e] sq.)
Cist. IV. 2. 19. Sed pergam ut coepi tamen: quaeritabo (scr. Sed pergam [iam] sq.)
Men. 772. Sed quicquid id est, iam sciam: atque eccam eampse (scr. Sed id quicquid sq.).

De Capt. 923 et Rud. 909 cf. I. 5. Mostellariae autem versus 86:

Argumentaque in pectus multa institui

recte se habet in „pectus“ vocabuli fine *s* littera abiecta.

3. Maximam partem inter bacchiacum et iambicum colon dihaeresis intercedit, quod si est, etiam hiatus locum habere potest, ut Pseud. 255 cf. II. 3. 3. 1273 cf. III. 1. 1. Rud. 193 cf. II. 3. 4. Sed ut in eiusdem generis creticis versibus dihaeresis haud raro neglegitur.

4. De usu horum versuum maximam partem et singuli et complures aliis bacchiacis admiscentur. Tetra-

metrorum bacch. ac. systemati talis versus praemissus est Aul. II. 1. 1. sicut Most. 782.

Velim te arbitrari me haec verba frater
Nunc hunc hauscio an conloquar congrediar sq.

duo fortasse — nam prior etiam ex tr. tripodia c. et cr. dimetro compositus esse potest — Rud. 277.

Miserarumque te ambarum uti misereat,
Quibus nec locus ullus nec spes paratast,

qui versus si ambo bacch. sunt, in priore bacch. dimeter iamb. colo antecedit, in altero succedit; utriusque enim generis versus interdum a Plauto coniunguntur, ut Pseud. 1274 cf. II. 1. 1. Cas. III. 5. 31.

|| Insectatur omnis domi per aedis (bacch. iamb.)
Nec quemquam || prope ad se[se] sinit adire: (bacch. iamb.)
Ita omnis sub arcis sub lectis latentes (b. tetr.)
Metu mussitant. || Occidi atque interii (b. iamb.)
Quid illi obiectumst mali tam repente. || (iamb. b.)

ib. 52 sq. Occisissumus sum omnium qui vivont: || (b. i.)
Loricam induam mi: optumum esse opinor. „
Quid? uxor || mea non adiit atque ademit? (i. b.)

Fortasse etiam Curc. 115 sq. et Poen. I. 2. 32. Plautus haec metra coniuncta voluit:

Tibĭ qui screanti siccae semisomnae (i. b.)
Adfert potionem et sitim sedatum it (b. i.)

et Quasĭ salsa murictica esse autumantur (i. b.)
Sine omni lepore et sine suavitate (b. i.)
Nisĭ multa aqua usque et diu macerantur, (i. b.)

quorum versuum primus, tertius, quintus b. tetrametri ac. fiunt, si „tibi, quasi, nisi“ pro iambis habentur, sicut Merc. 337 sq.

Satin, quicquid est, quam rem [ego] agere occepi, (b. i.)
Proprium nequit mi quod cupio evenire? (L.: ev. q. c.; i. b.)
Ita mihi mala Res aliqua ŏbicitur, (II tr. trip. c.)
Bonum quae meum comprimit consilium. (b. i.)

In Mostellaria inde a versu 789 ad 788 tetrametri ac. et iambico bacchiaci alternant:

790. Heus tu si voles verbum hoc cogitare, (b. i.)
792. Ego hic esse et illi simitu hau potui. (b. i.)
794. Age duc[e] me. Num moror? Subsequor te. (i. b.)
796. Sed ut maestus est se hasce vendidisse. (b. i.)
798. Ut istas remittat sibi. Haud opinor, (b. i.),

siquidem in sexto versu vere cum Ritschelio „duce“ pro tralaticio „duc“ scripsi, quod si non est, versus b. trimeter est:

Age duc me. Num morŏr? Subsequor te.

Interdum Plautus versus ex illis colis compositos ita cum aliis bacchiacis coniungit, ut systema bacchiacum ab horum uno ordiatur, quem talis versus subsequitur, ut Bacch. 1120 (cf. II. 3. 3). Most. 86 cf. IV. 2. Amph. II. 1. 2.

Scelestissimum te arbitror. Nam quam ob rem?

(nam „quamobrem“ pro bacchio, ut Fl. censet, esse non potest.)

Men. 755. Gradum proferam progredi properabo.
Poen. 1. 2. 2. Navem et mulierem haec duo comparato
Rud. 259. Nam vox precantum me huc foras excitavit.

Praeterea hos versus et cum aliis bacchiacis coniunctus et praeter hanc condicionem inveni: Aul. II. 1. 5 cf. II. 3. 1. Cas. III. 5. 23 cf. II. 1. 3. ib. 39 cf. II. 3. 3. Most. 125 cf. II. 2. 1. 313. 4 cf. III. 1. Men. 760 cf. IV. 1. Poen. I. 2. 43 cf. II. 3. 1. Truc. II. 5. 8 cf. II. 3. 3. Capt. 789.

Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?

Cas. III. 5. 46. || Adaeque miser. Ludo ego hunc facete. || (b. iamb.)

ib. Atqui ingratiis quoi non volt || nubet hodie: (b. tetr.)

Nam cur non ego id perpetrem, quod coepi? || (b. i.)

Ut nubat mihi: illuc quidem volebam (b. i.)
Non, sed nostro vilico || (tr. dim. c.)
Saepicule peccas. Timor „
Praepedit verba: verum obsecro, || (cr. trim.)
Cist. I. 1. 11. || Ita in prandio nos lepide atque nitide || (b. i.)
ib. 37. Aquam frigidam subdole suffundunt.
Bacch. 618. Inimicos quam amicos aequomst me habere, (b. i.)
Malos quam bonos par magis me iuvare, (b. tetr.)

quorum versuum posterior eiusdem generis atque prior est, si „magis“ pro iambo habetur.

Bacch. 1130. Viden limulis obsecro ut intuentur.

Pseud. 1127 sq.

Dum datür, dum calet devorari decet iam. (B.: tam., b. tetr.)
Boni me viri pauperant, improbi alunt: (b. i.)
Poplo strenui mi improbi usui sunt. „

ib. 1262. Manu candida cantharum dulciferum. (b. i.)

Illa exempla versuum eius generis erant, in quo b. dimeter iamb. colo antecedit; alterius generis haec sunt: Most. 331 cf. II. 2. 1. Truc. II. 5. 12 sq. cf. II. 3. 3.

Amph. II. 1. 5.

Facis ut tuis nulla apud te fides sit. (B.: sit f.)

Capt. 927.

Quomque haec repertast fides firma nobis.

Cas. III. 5. 28.

|| Imitatur malarum malam disciplinam, (b. tetr.)
Viro suo quae inter || minatur. Quid ergo? (i. b.)
Vah! Quid est? || Interimere ait velle vitam: „
Gladium. || Hem, gladium? quid eum gladium? Habet. Ei misero mihi: cur eum habet. || (anap. oct.)

Rud. I. 3. 7.

Nam hoc mi haut laborist laborem hunc potiri, (i. b.)
Si erga parentem aut deos me impiavi: (i. b.)
Sed id si parate curavi ut caverem, (b. tetr.)
Tum hoc mi indecore inique immodeste (i. b.) sq.

Plura exempla communicare charta prohibeor.

VITA.

Natus sum Aug. Oscar Seyffert Crossnae, Marchiae urbe, anno 1841 a. d. X Kal. Febr. patre Augusto, matre Mathilda e gente Leipoldiana, quos mihi — illum octo, hunc quindecim annos nato — morte ademptos lugeo. Fidei addictus sum evangelicae. Primis litterarum elementis domi imbutus a. 1855 inter alumnos Ioachimici gymnasii Berolinensis receptus sum, ubi Meineckii et Kiefslingii auspiciis per quinque annos praestantissimorum praeceptorum disciplina et benevolentia usus sum. Anno 1860 maturitatis quod dicunt testimonio instructus universitatis Fridericae Guilelmae Berolinensis civibus adscriptus sum, ut philologiae studiis operam darem. Ibi per septem semestria usque ad hoc tempus commoratus scholas frequentavi Boeckhii, Hauptii, Mommsenii, Muellenhoffii, Trendelenburgii, Huebneri. Per tria semestria Boeckhii et Hauptii benevolentia seminarii quod moderantur sodalis fui ordinarius. Quibus viris omnibus quantum debeam, semper memor ero.

THESES.

1. Argumenta acrosticha Plautinarum fabularum septimo u. saeculo non scripta esse non possunt.
2. Iusta causa non est, cur de tralaticia nominis forma „Pseudolus“ dubitemus.
3. Correptio syllabarum sive natura sive positione longarum apud veteres scenicos Latinos sub ictu locum non habet.
4. Quae fiunt apud veteres scenicos Latinos correptiones finalium syllabarum positione longarum, ad finalium consonantium abiectionem non referendae sunt.
5. Plaut. Bacch. 963 scribendum est:

   sed ut illim (L.: olim) ille se (i. oct.)
   Blanditiis exemit et [ei] persuasit, se ut amitteret.

6. Plaut. Pseud. arg. II. 14 scr.:

   Lenonem fallit cacula sycophantice (L.: secophantacie cacula).

7. Plaut. Trin. 802 scr.:

   Quid nunc stas? quin tu hinc amoves ted ocius (L.: am. et te moves).